1 Hinc variæ eius profluunt passiones, divisibilitas, mensurabilitas, esse finitam & infinitam, fundamentum æqualitatis & inæqualitatis, &c.

2 Hinc est quod de seipsa, prædicationem suscipiat abstracti & cõcreti.

3 Quare & Arist. quantum in concreto pertractavit.

4 Quantum est unum genus synonymum.

XIII Dispositionem habitum fieri procedente tempore, si nimis in subjecto radicetur, constat.

1 Distinguuntur ergo tantum inter se accidentaliter, nec diversas, & distinctas faciunt species.

2 Possunt ergo de se invicem prædicari.

3 Hæc ergo prædicatio, habitus omnis est dispositio est identica.

XIV Quæ à diversis profluunt, & manant principiis, illa essentia ut differant necesse est.

1 Quare & actio & passio.

2 Necesse est inter se realiter distingui prædicamenta.

3 In immanenti actione, etsi idem sit quod movet & movetur, agens & patiens differunt essentia.

4 Hinc est, quod voce eadem significetur & agere, & pati.

XV Versatur Logicus, circa voces concinna literarum & syllabarũ conformatas διαρθρωσεὶ, quatenus mentis conceptus exprimũs, Ἔστι γὰρ τὰ ἐν τῇ φωνῇ, τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, Arist. lib. περὶ ἑρμηνείας. cap. 1.

1 Nomen & verbum primario primæ inserviunt mentis operationi.

2 Quam in Logica, & Grammatica interpretationis diversissima sit consideratio, cui non constat.

XVI Voces & literæ ab arbitratu pendent humano, & pro hominum placito finguntur & imponuntur, conceptus vero & res in sua persistunt natura & statu.

1 Voces & literæ, apud varias gentes & nationes, variæ sunt.

2 Conceptus & res eadem sunt numero apud omnes.

3 Logica apud omnes eadem est, & Grammatica diversa.

4 Sermo itaque non constat natura, sed consuetudine, alioqui prout gentibus omnibus eadem natura, eadem concessa organa, idem & esset sermo.

5 Falsum & ridiculum est, si quis ab infantia nullum omnino doceretur sermonem fore, ut Hebraicè loqueretur, sic enim omnes duplicis essent sermonis.

6 Quin potius cum quod intus manet prohibet extraneum, si ullus sermo esset homini naturalis, ad alios minime esset docilis.

7 *Vt igitur natura benigna hominem fecit inertem ut ad omnes artes esset habilis, ita omnis sermonis fecit expertem ut omnes possit discere.*

XVII Nulla oratio certo & definite vera esse potest, nisi res ita sit ut eam oratio esse enunciat.

1 *Qui ergo in futuris contingentibus certo & definite hoc futurum promittere audent, eos non homines sed Deos dicam.*

2 *Vt tam verum sit quam vulgatum panc illud detritum, de futuris contingentibus non esse determinatam veritatem.*

3 *Ita tamen ut nihil veritati derogemus, quæ adæquatio quædam est rei cum suo objecto in causis suis, alteram contradictionis partem determinate esse veram, alteram falsam existimamus.*

4 *Sed futurorum cognitionem ac determinationem illi, cui futura etiam sunt præsentia omnia, pie attribuimus.*

5 *Vult ergo Philosophus præterita, & præsentia omnia determinari posse, futura vero minime.*

XVIII Postquam imagines ab intellectu possibili efformatas & impressas, intellectus agens prælucente præceptorum Logicorum face, quæ primam & secundam mentis operationem dirigunt, evolvit & emundavit, Nobilissimum suum fœtum Syllogismum tãdem in lucem edit.

1 *Pro triplici mentis operatione quam dirigit organum Aristotelicum, erit tripartitum.*

2 *In organo ergo aristotelico principatum obtinebit Syllogismus, ad quem quippe tanquam ad scopum collineant reliqua omnia.*

3 *Sit itaque eius subiectum adæquatum.*

XIX Syllogismus in communi in prioribus Analyt. consideratus rudis adhuc & ab usu est remotus, & quo indifferenter uti possimus in omni materia.

1 *Necesse ergo eum in libris sequentibus elaborari magis, atque usui accommodatum reddi.*

2 *Pro materiæ diuersitate omnis erit vel dialecticus, vel demonstrativus.*

3 *Sophistica itaque cuius beneficio aliorum errores, ac cavillationes cognitionis nostræ impedimenta deprehendimus ac solvimus, appendix esto Dialectica.*

XX Demonstrativus syllogismus debet esse ex veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus, ac causis cõclusionis, cujus enunciata communia tribus hisce prædita esse oportet necessitatis gradibus, καθ' παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθόλου πρῶτον.

1 *Unde constat Arist. per hæc tria ordinis seu doctrinæ leges, veritatis, justitiæ & sapientiæ, non intelligere.*

2 *Falsi itaque illi affinguntur, fallunt & falluntur, qui cum aristotelica scripta ad leges has suppositittias examinant, se Aristotelem ex Aristotele refutare & refellere jactitant.*

3 *Quam porro in Philosophum nostrum sunt injurii, qui commentum horribile, item belluam demonstrationẽ dicere non dubitant, cum tamen maximam propositionũ diversitatem ex subiecti conditione esse concedant, oporteat.*

XXI Necessitatis gradus dicuntur propter subordinationem quam ad se invicem habent, ita ut superior tanquam genus ad inferiorem se habeat.

1 *Ordine ergo primus necessitate est ultimus.*

2 *Non omnis propositio καθ' αὑτὸ, est per se.*

3 *Καθ' αὑτὸς & primus, & ultimus est necessitatis gradus.*

XXII In secundo modo per se affectio subjectum sumit semper in sua definitione essentiali.

1 *Generis ergo prædicatio vel de differentia una aliqua, vel utraque opposita non erit hoc modo per se.*

2 *Neque generis affectio de specie istius generis.*

3 *Det etiam veniam Zabarella si prædicationem affectionis de forma subjecti sui secũdo modo per se esse negemus, cum nihil juvet dicere formam potestate subjectum habere inclusum.*

XXIII In omnibus modis per se inest prædicatum subjecto suo δι' αὑτὸ, in quarto vero modo inest effectum efficienti.

1 *Intrepide ergo asserimus, non omnem prædicationem quarto modo esse, quando tribuitur effectum causæ sua loco à se disiunctæ.*

2 *Nihil vetat dicere majorem omnis demonstrationis Διότι sive ὅτι ab effectu proximo & reciproco hoc modo esse per se, cum alio commode referri nequeat.*

3 *Atque hactenus quartus modus ad demonstrationem erit utilis.*

XXIV Scientia subalterna est, quæ à superiori subjectum traducit retento modo considerandi eodem, ac subjectum illud ad specialem quandam materiam restringens & accommodans.

1 *Tantum ergo in Mathematicis datur subalternatio.*

2 *Non augent scientiarum numerum.*

3 *Neque scientiæ omnes particulares subalternantur Metaphysicæ.*

XXV Subiectum in disciplina contemplatrice ita eam unam & ab omnibus aliis distinctam & divisam efficit, ut sit cuiusq. limes quo terminatur, & ab aliis secernitur.

1 *Scientiarum ergo fines ac limites transilit, & transgreditur, qui me-*

dium aliquem unius disciplinæ terminum subjecto proprium, ad prædicatum demonstrandum de subjecto scientiæ cujusdam alterius diversæ transferi.

2 Magnam iis ἄλλο γένος & μετάβασιν admittebat Plato, respub. immutatum iri, cum fundus sesquitertius quinario junctus duas exhibet harmonias ter auctus.

3 Rectius Arist. politicæ immutationis causas, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπὸ petitas, tertio politic. reddit.

4 Non minus Iudæi Thalmudistæ ac Cabalistæ, qui theoremata sacra per Hebrææ linguæ literas & puncta docere, & explicare conantur.

5 Sic Antitrinitarii conclusionem Theologicam de æterna filii generatione, adductis rationibus, ex proprietatibus generationis & mutationis Physicæ refutare miseri conantur.

6 Quorum ut detestanda confusio & μετάβασις, ita deploranda nonnullorum Theologorum ἀπαιδευσία & ignorantia, qui importunè tumultuantur, cum ad disciplinas & inventiones nonnullas Theologicas rectè explicandas & probandas, audiunt terminum aliquem Philosophicum adhiberi.

XXVI Syllogismus deceptorius omnis, vel est Sophisma, vel Pseudographema, uterque juxta peccans in specialem quandam syllogismi materiam.

1 Nullus datur sophisticus peccans in sola forma.

2 Ille omnis syllogismus, qui cum demonstrativus non sit, pro demonstrativo venditetur, sophisticus esto.

3 Datur ergo sophisticus in modo ac figura legitimè ac necessario concludēs.

4 Nec erit omne materiæ vitium falsitas.

5 Idem ergo syllogismus erit & demonstrativus & sophisticus, idem dialecticus & sophisticus, idem pseudographicus & sophisticus.

THESES ETHICAE.

I.

PRVDENTIA curru triūphali invecta, appetitus animi aurigatur, & actiones nostras moderatur, quæ, nisi in rationis gyrum duceret, excussis pudoris omnis & probitatis repagulis, nos in horrenda quæque vitiorum barathra præcipites traherent.

1 Huius igitur imprimis habēda ratio, quod huc tanquā in arenā descendētes dimicaturi, nobis sola arma ministrat, quibus validissime sibi omnes impetus substernit, adversaq. fortuna tela in fortunam retorquet, & eam victam tanquā illustre tropæum secum defert.

2 Cum sapientia tam arctè combinata est, ut sine utraque perfectè prudens censendus sit nemo.

3 Omnis ergo vir sapiens & prudens habendus.

4 *Rectè itaque Plato ſapientem vocat, qui cum divina contempletur, rectè humana ſapit, eaque moderatur.*

5 *Unde vitam ſaturniam contemplationi dicatam totam, fœlicitatis integritatem violare, & labefactare putandum eſt.*

II Ad fœlicitatis eſſentiam requirit Philoſophus noſter actiones virtutis perfectiſſimæ in vita perfecta, & niſi adſint externa bona, οὐ ῥᾴον πράττειν καλὰ καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον.

1 *Fœlicitas ergo homini tanquam affectio ejus interna & perfectio, in hac vita verè ineſt.*

2 *Summum bonum eſt in indiviſibili poſitum & conſtitutum.*

3 *Idem tamen ſeipſo modo, modo aliis fœlicior eſſe poteſt, ſine ulla fœlicitatis labe.*

4 *Non ſunt fœlices cenſendi, qui in primo alteroque actu in altum tolluntur, ut lapſu graviore ruant.*

5 *Ut grauiſſimam Ariſt. faciant injuriam, qui in naturæ aut fortunæ bonis, fœlicitatis eſſentiam collocaſſe exiſtimant.*

III Quemadmodum ex affectuum & perturbationum intemperie & delinimentis animi oculos offuſcantibus & præſtringentibus, omne promanat vitium: ita in earum moderatione virtus conſiſtit moralis, modum & formam iis imponens.

1 *Ut tantum abſit eas humanam perfectionem evellere aut evertere, ut proprium ſint virtutum obiectum.*

2 *Falſo Stoici perturbationes viro ſapienti detrahunt, quin ſibi ipſis contradicant, dum affectiones quas perturbationum vice ſapienti tribuunt εὐπαθείας vocitant, ſi enim ſint εὐπάθειαι non propterea deſinunt eſſe πάθη.*

3 *Stoicorum itaque evulſio intimius inſpecta, haud aliud ferè quam peripateticorum moderatio.*

4 *Sunt ergo motiones appetentis facultatis, pro fugienda moleſtia, & jucunditate perfruenda.*

5 *Et in animi parte rationis experte ſedem ſuam ſortientur.*

IV Sola ignorantia ſingulorum conſpirantium ad actionem aliquam in quibus poſitæ ſunt actionum circumſtantiæ, actionem conſtituit invite factam.

1 *Quæ per affectuum impotentiam fiunt non ſunt invite facta.*

2 *Siquis à teneris unguiculis actionum improbarum ita habitum contraxerit ut abſtinere nequeat, non invitè peccat.*

3 *Quare & inanis omnis excuſatio, à violentia affectuum, aut illecebris vitiorum proficiſcens.*

4 *Vnusquisque igitur suæ fortunæ est faber.*

5 *Hinc bonæ educationis imprimis & ante omnia ratio habenda.*

V Nihil odio habetur nisi quod bono convenienti adversatur quod ante amabatur.

1 *Omne odium ex amore nasci necesse est.*

2 *Odium ergo effectum est amoris.*

3 *Amor igitur odio simpliciter fortior & potentior est.*

4 *Cum itaque omnia ad bonum proprium per amorem tendant & inclinentur, aliquem seipsum simpliciter odisse est impossible.*

VI Bonum non nisi appræhensum, objectum & causa est appetitiui motus.

1 *Ignoti nulla cupido, & εἰς τὸ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἰρᾶν.*

2 *Appræhensio & cognitio, causa amoris in unoquoque est.*

3 *Dilectio omnis ad amorem addit præcedentem electionem.*

4 *Qui verè amat, necesse est redametur.*

5 *Alius ergo est amor amicitiæ, alius concupiscentiæ.*

VII Ex mutuo & reciproco proborum hominum, ad vitæ honestæ conjunctionem, amore oritur amicitia.

1 *Qui in odium (ut dicunt) tertii amicitiam colunt, fucata & adulterina est.*

2 *Inter probum & improbum, non potest iniri amicitia.*

3 *Nec inter conditione & statu dispares & dissimiles, vera est amicitia.*

4 *Unde inter plurimos, amicitia nec esse, nec coli potest.*

5 *Vera igitur amicitia est, bolus durus, res difficilis, & in genere humano rarissima.*

VIII Objectum spei est bonum futurum, arduum, possibile acquiri.

1 *Cum extensionem ergo quandam appetitus in bonum importet, ad appetitivam animę partem pertinebit.*

2 *Unde in animãtibus etiam brutis, spem ac desperationẽ esse fatendũ est.*

3 *Experientia, qua alicui potestas & existimatio facile fit consequendi bonum aliquod, ejus erit causa.*

4 *Maioris semper sunt spei quam alii iuvenes, stulti, ac rationis iudicio non utentes.*

IX Vt agens secundum virtutis habitum actiones suas componat, requiritur ut sit εἰδώς, προαιρούμενος, δι' αὐτὸ βεβαίως, καὶ ἀμεταπτώτως ἐχων πρᾶξιν.

1 *Rectè Arist. dixit una hirundo non facit ver.*

2 *Non omnis actio bona proficiscitur à virtutis habitu.*

3 *Una & eadem actio potest vitiosè esse facta, ex virtute prodiens, & media quadam ratione affecta.*

4 *Actiones ergo præcurrentes, & sequentes virtutis habitum specie differunt.*

X Per virtutem omnem legibus obtemperamus, vitia & monstra domamus, ac perturbationes congruenter temperamus.

1 *Iustitiam, fortitudinem, temperantiam, mutuo suo amplexu per omnes meare virtutes, & in singulis reperiri constat.*

2 *Hinc patet virtutum omnium inter se tam nodus indissolubilis, quæ sibi mutuo respondent haud secus ac diuinæ gratiæ, quæ se semper amplectuntur, & separatæ nunquam conspiciuntur.*

3 *Ut pulchrè ille, prudentia vera non est, quæ iusta, fortis, & temperans non sit, nec perfecta temperantia, quæ iusta, fortis, & prudens non sit &c.*

THESES PHYSICAE.

I.

PHysiologia corporum naturalium est scientia Arist. 7. Met. Cap. 1.

App. 1. *Eius ergo subiectum est corpus naturale qua naturale.*

2 *Scientia hæc reliquis omnibus Philosophiæ partibus copiosior, & fusior est.*

3 *Hæc naturæ rerumq. naturalium contemplatio, in archetypi cognitionem, & ad totius universi principem investigandum nos adducit: ex creaturis visibilibus mens humana ad cognitionem invisibilium Dei, & attributorum deducitur Rom. Cap. 1. v. 20.*

4 *Vt verissimè Cicero, nec pietas erga Deum, nec quanta huic debeatur gratia, sine explicatione naturæ intelligi potest.*

II Adversariarum opinionum ἀνασκευὴ per se in unaquaq; disciplina instituenda, in quem finem inventa est sophistica docens.

1 *Necessarium habuit Philosophus, antequam principia corporis naturalis in genere traderetur, veterũ circa hæc sophismata, & errores refellere.*

2 *Primum itaque Physicorum librum, per se esse primum asserimus.*

3 *Quam ridicula est ea Ramistarum opinio, qui disciplinarum omnium præcepta affirmativa esse contendunt, multo minus καθ' ὅλου, καθ' αὐτο, & καθόλου πρῶτον.*

III In subordinatis facultatibus quicquid cognoscit inferior, id cognoscit & superior, & ubi inferior desinit inde incipit superior.

1 *Cum ergo cognitio sensitiva desinat in singulare, ab eo incipiet cognitio intellectiva.*

2 *Cum [illegible] materia quadam necessitate vinctæ & alligatæ, ex tempore [illegible] in communi materia illas exoriri, quam ex ejusdem [illegible].*

3 *Forma est materia prior.*

4 *Est etiam eadem dignior & præstantior.*

5 *Quo igitur minus est materiæ & plus formæ in corporibus, eo nobiliores sunt eorum vires & virtutes.*

VIII Natura est ipsa ordinaria Dei potentia, atque adeo divina quædam vis & favissa corporibus infusa.

1 *Nihil igitur facit frustra Arist. 1. de Cœlo, cap. 4.*

2 *Ideoque semper facit id quod est optimum, 2. de Cœlo, cap. 5. text. 34.*

3 *Blasphemi illi sunt qui Deum & naturam [illegible] se opponunt.*

4 *Cum ergo miracula Deus producit, non contra, [illegible] supra naturam agit.*

IX Cum in rebus humanis tam frequenter præter scopum & intentionem agentium plurima eveniant effecta inopinatò, quis fortunam non admiserit.

1 *In omni ergo effecto fortuito, una causa duplex [illegible] effectum, quorum unum sit per se alterum per accidens.*

2 *Non tamen quodvis effectũ per accidens est fortuitum [illegible] contingat.*

3 *Ut à veritate abhorreat Avicennæ illa opinio, qui [illegible] fortuita esse contendit.*

4 *Frustrà se Astrologi judiciarii torquent, divinam aliquam [illegible] aut influxum, à quibus effecta fortuita eveniant inquirentes.*

5 *Quemadmodum & Stoici, qui propter indissolubilem causarum [illegible] & catenam, omnem tollunt fortunam & contingentiam.*

6 *Hominem itaque intellectu per inscitiam & imprudentiam [illegible] & propè cæcutiente, fortunam esse asserimus.*

7 *Ut in Deum, cui præterita etiam omnia & futura præsentia [illegible] cadat fortuna.*

X Motus natura sua adeò mobilis est, ut [illegible] ejus, quod est potentia, qua est potentia [illegible] Aristot. cap. 1.

1 *Omnis ergo motus continuus, & successivus [illegible]*

2 *Motus nec habet primam partem, nec ultimam [illegible] vetur, & prius movebatur, & posterius movebitur.*

3 *Inchoato semel motu, desinit potentia ad fieri, [illegible] ad esse.*

4 *Idem numero motus, & actus primus est & [illegible] perfectus.*

2 *Singulare igitur cognoscitur ab intellectu priusquam universale.*

IV Λέγω δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα πρὸς ἡμᾶς τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως, Aristot. 1. poster. text. 71.

1 *Hinc, hunc intelligendi ordinem elicimus res materiatæ prius nobis notæ fiunt quam immateriatæ. In materiatis composita priusquam eorum principia nobis innotescunt. Accidentia priusquam substantiæ. Inter illa singulare quam universale. Et inter singularia magis sensatum.*

2 *Primum ergo cognitum erit, singulare aliquod accidens concretum & maxime sensibile.*

V Materia prima per se ortus ac interitus expers, est quoque informis, & tamen ad omnes formas recipiendas habilis & idonea, earumq; appetens, subjectum & principium reliquorum omnium, Aristot. 1. Phys. Cap. 7. text. 69. & Cap. 9. text. 81. & 82. &c.

1 *Non ergo per se sola subsistit, neque τὸ δέ τι est, sed semper in potentia est cõstituta, ens tamen licet non actu tamen est potentia Aristot. 1. Phys. c. 7. t. 70.*

2 *Suam ergo existentiam & actum habet entitativum.*

3 *Eritque potentia materia essentialis.*

4 *Quamobrem quantitatem illam interminatam materiæ primæ coævam abhorremus.*

5 *Ut & formam corporeitatis.*

6 *Non est corpus naturale.*

7 *Nec ergo completa substantia.*

8 *Ergo nec in aliqua categoria directe.*

9 *Tantum abest ut genus sit summum in categoria substantiæ, quicquid contra vir doctissimus sentiat.*

VI Privatio absentia est seu carentia formæ in subjecto, cum aptitudine materiæ ad eam recipiendam.

1 *Per hanc ergo habilis & idonea redditur materia, ut rei forma deposita aliam sibi convenientiorem assumere queat.*

2 *Non igitur privationi actio aliqua attribuitur, neque rei pars est substantialis, sine qua tamen generatio in natura nec esse, nec fieri potest: hæc siquidem stimulat, & exsuscitat materiam ad alias atque alias formas appetendas & acquirendas.*

3 *Non ergo materiæ minus erit essentialis quam potentia.*

VII Forma est λόγος τῆς οὐσίας, & principium quod materiæ junctum essentiam largitur, Aristot. 1. Phys. cap. 7. text. 69. hæc divinum quidpiam & bonum expetendum, Aristot. Phys. 1. cap. 9. text. 81.

1 *Ut hæc unaquaque in re una tantum sit, eique agendi facultatem largitur: ita ab omnibus aliis separat.*

2 *Cum*

2 *Cum formæ immateriatæ, quanquam materia quadam necessitate vinctæ & alligatæ, ex temperatis potius qualitatibus in communi materia illas exoriri, quam ex ejusdem potentia educi asserimus.*

3 *Forma est materia prior.*

4 *Est etiam eâdem dignior & præstantior.*

5 *Quo igitur minus est materiæ & plus formæ in corporibus, eo nobiliores sunt eorum vires & virtutes.*

VIII Natura est ipsa ordinaria Dei potentia, atque adeo divina quædam vis & faviſſa corporibus infusa.

1 *Nihil igitur facit frustra Arist. 1. de Cœlo, Cap. 4.*

2 *Idcoque semper facit id quod est optimum, 2. de Cœlo, cap. 5. text. 34.*

3 *Blasphemi illi sunt qui Deum & naturam inter se opponunt.*

4 *Cum ergo miracula Deus producit, non contra, sed supra naturã agit.*

IX Cum in rebus humanis tam frequenter præter scopum & intentionem agentium plurima eveniant effecta inopinatò, quis fortunam non admiserit.

1 *In omni ergo effecto fortuito, una causa duplex producit effectum, quorum unum sit per se alterum per accidens.*

2 *Non tamen quodvis effectũ per accidens est fortuitum, nisi raro contingat.*

3 *Ut à veritate abhorreat Avicennæ illa opinio, qui effecta ad utrumlibet fortuita esse contendit.*

4 *Fruſtrà se Astrologi judiciarii torquent, divinam aliquam causam, aut influxum, à quibus effecta fortuita eveniant inquirentes.*

5 *Quemadmodum & Stoici, qui propter indissolubilem causarum seriem & catenam, omnem tollunt fortunam & contingentiam.*

6 *Hominem itaque intellectu per insciti am & imprudentiam caligante, & propè cæcutiente, fortunam esse asserimus.*

7 *Ut in Deum, cui præterita etiam omnia & futura præsentia sunt, non cadat fortuna.*

X Motus natura sua adeò mobilis est, ut ἐντελέχεια, sive actus ejus, quod est potentia, qua est potentia definiatur Aristot. 3. Phys. cap. 1.

1 *Omnis ergo motus continuus, & successivus est.*

2 *Motus nec habet primam partem, nec ultimam, & omne quod movetur, & prius movebatur, & posterius movebitur.*

3 *Inchoato semel motu, desinit potentia ad fieri, remanet interim potentia ad esse.*

4 *Idem numero motus, & actus primus est & ultimus, perfectus & imperfectus.*

3 *Omnem formam præcedit aliquis motus, & omnem motum forma, ut ex Philosophia peripatetica determinari nequeat, motúsne an forma præcesserit.*

XI. Deus, ut præclarè docet sapiens, omnia in mensura creavit, sic naturalia corpora constituit, ut primo in seipsis ἁπλῶς & absolutè terminentur, ac mensurentur, certa diversarum partium suis quantitatibus dimensarum distantia, ultra quam sese nō extendāt: post eadem corpora tanquam mundi partes ita ad se invicem ordinavit, ac disposuit, ut unum aliud contiguo termino deinceps terminet, usque dum ventum sit ad amplissimum illud, & supremum, quod unum omnia terminando includit, nullo autem includitur.

1 *Corporis ergo alicujus naturalis locus, alius erit externus, alius internus.*

2 *Locus internus magnitudinem consequitur in genere, externus corporum ordinationem in hoc universo.*

3 *Globus ergo terrenus, in loco tantum fuit interno primis tribus creationis diebus.*

4 *Rectè Arist. cœlum supremum, cum non tantum certam, sed & pulcherrimam partium dimensionem & situm obtineat, Text. 32. lib. 4. Phys. maximè dixit esse in loco: item Text. 45 per partes.*

5 *Verum haud minus verè, quod Arist. Text. 22. & 45. & ratio ipsa processus in infinitum docet, cœlum nullo modo esse in loco, quia nullum est corpus, quod ipsum contineat.*

6 *Absit igitur putemus locum ab Arist. 4. Phys. definitum, omni corpori naturali convenire.*

7 *Aut affectiones omnes Physicas de corpore naturali demonstrabiles, in Physica explicatas esse.*

XII. Locus aliquod est totum πρὸς ἓν, partes habet diversas, quarum una χωρίως est locus: altera non nisi κατ' ἀλλο Arist. lib. 4. Text. 14. & 28. clarissimis verbis πρῶτον τοπὸν distinguit à δευτέρῳ.

1 *Illud extremum principaliter locum dicendum esse constat, quod locatum ita sustentat, ut immobile sit.*

2 *Aëris ergo ambientis extremitas non potest locus dici.*

3 *Ergo nec locus superficies erit formaliter.*

4 *Locus principalis locato erit æqualis.*

5 *Definiri essentialiter non potest, prout in nulla est categoria.*

6 *Etsi aliâ ratione, erit tum in categoria substantiæ, tum relatorum.*

XIII. Cœlum est corpus naturale, simplicissimum, solidum, sphæricum, & in orbem mobile, natura sua transmutationis omnis, ac mutabilitatis expers, & exors.

1 *Compositionem ergo ex materia, & forma quis sanus ei non concesserit.*

2 *Nisi verè forma informante esset præditum, à quæ ad m[illegible] haberet inclinationem, Ixionis vita miserior esset intelligentia.*

3 *Diversissimæ tamen rationis erit ejus materia à sublunar[illegible], quæ corruptionis & transmutationis est radix.*

4 *Rectè itaque Philosophus, cœlum natura ingenerabile & in[illegible]eptibile sanxit.*

5 *In secundo igitur domini nostri adventu, non sunt quoad substantiam dissolvenda aut imminuenda corpora hæc cœlestia, sed novæ lucis accessu divinitus illustranda, & erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis, erit sep[illegible]plo major Esaiæ, cap. 30.*

6 *A Deo interim, qui naturam hanc dedit incorruptibilem, in nihilum cum volet, aut si volet redigi posse putamus.*

XIV Corpora cœlestia, dum perrenni vertigine circumeunt mundum sublunarem influxus demittunt, & intelligibilem motu mentis divinæ adumbrare, & causæ primæ pro suo captu ac modulo exuberantem bonitatem, ac beneficentiam omnibus rebus creatis sese communicantem imitari contendunt.

1 *Hunc ergo finem quoad possunt assequuntur, omnium sublunarium ortus, occasusque promovendo, multiplicesque rerum nascentium proventus fecundo naturæ partu invehendo.*

2 *Voluntas tamen, cum immaterialis sit, ut à corporibus cœlestibus quicquam directè patiatur fieri nequit.*

3 *Ut ergo Astrologis demus, posse morbos, frigora, tempestates, sterilitatem, siccitatem, terræ motus, aliaque ejusmodi effecta naturalia, quæ à cœlestium corporũ defluxu magna ex parte obveniunt, probabiliter prædicere posse: vana tamen ac fictitia sidera fatalia, quæ ponunt Astrologi, erunt, cum plurimis sub eodem prorsus sidere, ac eadem constellatione in lucem editis, diversissima in omni contigerant vita.*

4 *Multa à cœlo perficiuntur non intercedente motu aut luce.*

5 *Cœlum ergo empyræum in corpora subjecta agere potest, etsi quousque influxus illi pertingant occultum sit.*

6 *Orbes ergo cœlestes influere possunt, licet à motu cessent.*

7 *Motus igitur corporum cœlestium ad temperandos aptéque dispertiendos influxus est necessarius.*

8 *Et eo cessante non esset generationum, & corruptionum vicissitudo, quam quotannis cernimus.*

XV Cum elementis à natura tanquam instrumenta concessa sunt bina qualitatum genera motrices, & alteratrices: par quoque

fuit & iisdem geminum munus delegare, hanc mundi integrare machinam, & corporis misti esse principia.

1 *Duæ ergo in Philosophia naturali debuerunt eorum distincta esse considerationes.*

2 *Prior absoluta, qua corpora naturalia in libris de Cœlo, Posterior respectiva ad corpus mistum in libris de Generatione & Corruptione.*

3 *Secundum integritatem suam quatuor individua sunt æterna, secundum particulas generationi & corruptioni obnoxia.*

4 *Librorum ergo de generatione & corruptione subjectum aliud nec statui potest, nec debet, quam mixtum corpus quà mixtum.*

5 *Ut & de Cœlo corpus simplex qua simplex.*

XVI Materia prima est non ens actu, Arist. 1. Phys. cap. 8. 1. De Generatione, cap. 3.

1 *Ergo nuda sine forma existere nequit.*

2 *Ergo unius generatio est alterius corruptio, & contra Aristotel. 1. de generatione, cap. 3.*

3 *Eadem numero mutatio est & generatio, & interitus.*

4 *Natura ergo primario generationem, secundario corruptionẽ intendit.*

XVII Movetur mixtum ad motum prædominantis elementi Arist. 2. de Cœlo, text 7.

1 *Necesse est ergo elementa mixto formaliter insint.*

2 *Non potest mixtum dari æquale ad pondus, ne pontentum sine motu & sine loco concedamus.*

3 *Et ad mistionem tantum concurrere possunt elementa.*

XVIII Corporum naturalium multæ sunt qualitates & vires ejusmodi, quarum causæ nobis occultæ sunt, de quibus in scientia Physica sobriè ac modestè judicare oportet, in qua virium omnium naturalium causas nondum esse explicatas certum est.

1 *Ad manifestas omnia reducere qualitates, summa erit imprudentia.*

2 *Quare & συμπαθείας, & ἀντιπαθείας.*

3 *Merito itaque deridendi sunt, qui horum & similium effectuum causas, in apparentibus & notis elementorum qualitatibus inquirunt, cuius farinæ sunt illi, qui proprietates occultas insciæ asylum contumeliosis verbis vocant. Scaliger exer. 344.*

4 *Ab ἰδιοσυγκρασία vel forma substantiali cuique individuo propria, quin proficiscantur necesse est.*

XIX Reactio retributa quædam est & reciprocata mutatio, qua patiens ita agenti renititur, ut patiens agens, & agens patiens dici quodammodo possit.

1 *In omni ergo reactione, est resistentia vel non passio.*

2 *Simile itaque in simile agere non potest.*

3 *Ergo nec idem in seipsum.*

4 *Quæ in se invicem agunt, & patiuntur, genere conveniunt, specie differunt. Arist. lib. 1. de Generatione.*

5 *Cœlum ergo etsi in hæc inferiora agat, non repatitur.*

XX Corporum cœlestium virtute & efficacia, instrumento caloris exhalationes ex terra & aqua in sublimè feruntur.

1 *Id ergo tantum quod partes habet aliis alias crassiores & subtiliores halitus remittere potest.*

2 *Ergo ex elementis sola terra & aqua Meteorologicarum impressionum materia esse possunt.*

3 *Et duo erunt halituum genera, vapor & exhalatio.*

XXI Anima humana essentia est spiritualis, subsistens, intelligentia & voluntate ornata, materiæ juxta & interitus expers, hominis forma, à DEO ex nihilo creata, corporique organico unita, ad DEVM rectè agnoscendum & colendum.

1 *Anima ergo prout ab Aristotele consideratur minimè secundum essentiam, nec à Physico considerari potuit.*

2 *Animæ humanæ nec ab Angelis, nec ex* DEI *substantia, nec ex substantia Cœlesti, nec ab æterno, nec etiam à mundi primordio omnes simul conditæ fuerunt, aut ex aliis per traducem derivatæ & propagatæ.*

3 *Sola itaque anima humana erit indivisibilis.*

4 *Quare tota in qualibet corporis parte, non pars in parte.*

5 *Cum partibus autem materiæ indies fluentis, animæ vegetativæ ac sensitivæ partes fluere est necesse.*

XXII Intelligentia & voluntas, animæ rationalis facultates, post peccatum non leviter sunt labefactatæ, quemadmodum incolumis, incorrupta, & immortalis manserit ejus essentia.

1 *facultates animæ ab eius essentia non solum ratione, sed & re differunt.*

2 *Hinc continua illa, quam in nobis experimur sensus cum ratione pugna, ut quod sensus appetat, ab eo separatio abhorreat, & contra.*

3 *Sint itaque conditiones quædam & aptitudines animæ ad operandum.*

XXIII Intelligentia facultas est illa, cujus respectu intellectus dicitur esse omnia: omne enim ens ipsius est objectum, cujus speciem, dum recipit, pati dicitur, quod cum nihil sit aliud, quam de potestate in actum exire, perfectionem potius quam labefactionem denotat

1 *Nos vim omnem ἐνεργητικὴν ex humana mente minimè elidimus, verumtamen quæ de intellectus agentis actione patientis respectu à Philosophis & Theologis disputantur, Deo tanquam patri luminum convenientissimè tribui arbitramur.*

2 *Arist. itaque intellectui agenti meritò honorarios istos tribuit titulos quod sit, 1. χάριστος, 2. ἀμιγὴς, 3. ἀπαθὴς, 3. de Anim. Cap. 5.*

3 *Ut luce meridiana Philosophi nostri de Animæ immortalitate sanum judicium clarius sit.*

XXIV Voluntas est Animæ rationalis facultas, quæ liberè, & cum delectatione objectū sibi ab intellectu sub ratione boni monstratum appetit, in eoque quâ bonum acquiescit.

1 *Ejus ergo objectum tantum esse potest bonum.*

2 *Qui voluntatem cogi posse asserunt, oppositum in apposito esse statuunt.*

3 *Deus itaq cum prima sit essentia & bonitas, primum & summum erit voluntatis objectum.*

XXV Deficiente sensu deficit scientia.

1 *Nihil est ergo in intellectu, quod non fuit prius in sensu.*

2 *Mens humana terrenis hisce intercepta compagibus, ad sua obeunda munia sensuum ministerio necessariò utitur.*

3 *Deum ergo & Angelos, per se nec imaginari, nec intelligere valemus.*

THESES ASTRONOMICAE.

I.

SCIENTIAE nobilitatem Philosophus 1. Poster. partim ex subjecti præstantia, partim demonstrationum ἀκριβείᾳ æstimabat.

1 *Astronomia ergo cum corpora alterationis omnis expertia, inferiorum causas & primo ac nobilissimo entium enti Deo propinquiora consideret, & contempletur: vel ad humanum usum accommodat, ex iisque demonstrationes ex Geometria mediis petitis accuratissimas fabricet, vel inter primas jure meritissimo censenda.*

2 *Duæ erunt igitur ejus partes, Theoretica, & Practica.*

3 *Hæc vulgò Astrologia nomine peculiari vel judiciaria & prognostica, illa Astronomia indigitatur.*

4 *Ut illius non prorsus temnenda indicia eorum, quæ ab astris necessariò dependent, probamus, ita eiusdem curiositatem superstitiosam, & dæmoniacas præstigias & illusiones, cum D. August. aliisque viris doctissimis ex nostris scholis explodimus.*

II Astra, quæ suorum orbium partes sunt densiores, nec ut pis-

ces in aqua, nec ut volucres in aere, sed per sese orbibus suis infixa, ceu nodi in tabula circumferuntur.

1 *Hinc diuturna inspectione & experientia impulsi Astronomi, orbium cœlestium stabilivere numerum.*

2 *Et quidem propter triplicem observatum in firmamento planetarum motum, decem statuendi videntur.*

3 *Inferiorum tamen orbium motus, cum super diversos fiant polos & lineas, non sunt contrarii.*

4 *Omnes igitur cœli inferiores qui raptu primi mobilis moventur, simpliciter & tamen per accidens feruntur.*

5 *Ab occidente ad orientem per se, non tamen simpliciter, sed secundum quid ad signa nempè magis orientalia.*

6 *Ex his patet cœlos omnes minimè corpus unum continuum efficere,* τοῦ ἁπλοῦ σώματος ἁπλῆ κίνησις, καὶ μιὰ ἑκάστη κίνησις κατὰ φύσιν τοῦ ἁπλοῦ σώματος, *Arist. 1. de Cœlo, Cap. 2.*

7 *Sunt ergo cum universo mundo concentrici omnes, atq. inter se contigui.*

8 *Ea ergo sunt præditi figura, quæ nihil asperitatis, nihil offensionis, nihil angulis incisum admittat, ut inter orbes quoslibet duos proximos nihil sit intermedium, quod sit vel corpus, vel vacuum.*

9 *Alia ergo esse non potest quam Sphærica, Isoperimetrorum omnium capacissima ac illis accommodatissima.*

III Primum mobile orbes omnes inferiores motu suo rapidissimo rapit.

1 *Quo ergo illi viciniores sunt, eo tardius moventur.*

2 *Sic rectè luna inferiorem, Suturnus superiorem locum sibi vendicat.*

3 *Intermedii quinque cum æquali ferè temporis spatio cursum suum peragant, hac ratione nihil certi de iis determinari potest.*

4 *Ex planetarum tamen eclipsibus haud dubium erit, quin ille inferior fuerit, qui alterum occultat.*

5 *Mercurius ergo sub Venere, Venus sub Marte, quommodo disponi solent collocetur.*

IV In eclipsi omni lunari in quacunque cœli parte, umbra aggregati ex terra & aqua contingat, rotunda est.

1 *Ergo necesse est terram & aquam unum efficere globum.*

2 *Et utrumque elementum Sphæricæ esse figuræ.*

3 *Quam fuerit absurdum secundum nonnullos, inter elementa proportionem servari decuplam asserere, ut aqua decies sit maior terra.*

4 *Pari ratione solem cum oritur ex oceano emergere, cum occidit sub eodem mergi, ut fabulantur poëtæ.*

Et quantum sensus eorum hallucinantur, qui cœlum terræ tanquam [illegible] imminere existimant, aut horizontis extremum contingere hæc corpo[illegible] contigua.

Quod nobis tempus dies est, antipodibus nox est & contra.

Ubique ergo terrarum diei æstivi longitudo, noctisque hibernæ ei op[illegible] æqualis est.

Admiremur itaque ter optimi maximi Dei in lucis ac tenebrarum [illegible] sapientissimam providentiam, ut nulli ne vel in cimmeriis consti[illegible], diutius solis fruantur luce quam alii.

3 *Cum itaque tempore eodem in oppositis hemisphæriis & nox sit & dies, [illegible] & hiems, ver & autumnus, corruere ea quæstio videtur veréne an au[illegible] æstate an hieme, Deus mundum creaverit.*

VI Circuli majores utpote æquales, sese mutuo bifariam in[illegible]ecant.

1 *Ergo ecliptica & horizon.*

2 *Ecliptica itaq. puncto quolibet ascendente, descēdit punctum oppositum.*

3 *In sphæra igitur quavis, signi cujuslibet ascensio, oppositi signi descen[illegible] erit æqualis.*

4 *Quare & signorum coniunctorum ascensiones ac descensiones, oppositorum signorum iunctorum descensionibus erunt æquales.*

5 *Et in sphæra obliqua, cuiuslibet signi ascensio eiusdem descensioni erit inæqualis.*

VII Sphæra recta est, in quâ polus uterque insistit & innititur horizonti.

1 *Illi ergo sphæram rectam inhabitabunt tantum, qui Zenith sub æquinoctiali habent.*

2 *Cum ergo qui sub polorum habitant alterutro, iis maximè deprimatur alter, sphæram inhabitabunt obliquam.*

3 *Eorum ergo minuenda opinio, qui quod eorum horizon angulos non faciat cum æquinoctiali obliquos, in recta degere volunt.*

VIII Latitudo stellæ nihil aliud est quam distantia ab ecliptica, ut declinatio ab æquatore.

1 *Stellæ ergo latitudo, circulo maximo, qui per Zodiaci polos, & stellæ centrum ducitur, mensuratur: prout declinatio circulo maximo polos mundi, & stellæ centrum incidente.*

2 *Tam ergo latitudo, quam declinatio ad summū potest fieri 90. graduū.*

3 *Planetæ ergo nonnunquam possunt declinationem, & nullam latitudinem, aut contra habere, vt etiam utramque.*

4. *Et*

4 *Et Sol æquinoctiorum tempore centram habebit.*

5 *Stellæ, quæ ab ecliptica & æquatore deviant, latitudinem habent septentrionalem, & etiam declinationem.*

6 *Stellæ inter æquatorem & eam ecliptica medietatem, quæ ad austrum vergit, latitudinem habebunt septentrionalem, & declinationem australem.*

7 *Et stellæ inter æquatorem & Zodiaci medietatem borealem contra.*

IX. Longitudo civitatis aut loci cujuspiam, arcus est æquatoris, inter meridianum dictæ civitatis, & meridianum insularum fortunatarum, latitudo autem arcus est meridiani conclusus inter æquatorem, & parallelum præfatæ civitatis.

1 *[illegible] ergo latitudines duplices erunt, septentrionales & australes, [illegible] æquatore, vel in septentrionem vel austrum recedunt.*

2 *[illegible] loca sub æquatore posita, nullam sortientur latitudinem.*

3 *[illegible] sub polis directe constituta sunt, latitudinem graduum 90. sortientur.*

4 *[illegible] quorum vertices vel in eodem parallelo, vel in æqualibus constituti fuerint, eandem obtinebunt latitudinem.*

5 *Denique civitates sub eodem meridiani semicirculo, per insulas fortunatas [illegible] polos mundi, omni carebunt longitudine.*

THESES METAPHYSICÆ.

SI nullæ res materiæ [illegible] expertes, ut rudis priscorum quorundam Philosophia putavit, Physica prima esset Philosophia, Arist. 6. Metaph. Cap. [illegible] Text. penult.

1 *Præter disciplinas particulares, commune quoddam scientiarum omnium caput & apicem [illegible] ex æquo communia præcipientem esse necesse fuit.*

2 *[illegible] Dei & mundi nexus, rerum materialium & immaterialium [illegible] cognitionem, quibuscum inferiori sui parte communicat [illegible] quibuscum præstantiori portione convenit.*

3 *[illegible] cum rebus materialibus, tum immaterialibus conveniant, [illegible] materiem includunt.*

4 *Quare [illegible] separatarum ibidem instituenda tractatio.*

5 *Ut jure meritissimo, Metaphysica prima Philosophia, reliquarum omnium scientiarum Domina, indigitetur.*

Et quantum ſenſus eorum hallucinantur, qui cœlum terræ tanquam ſuum imminere exiſtimant, aut horizontis extremum contingere hæc corpora tanquam contigua.

V Quod nobis tempus dies eſt, antipodibus nox eſt & contra.

1 *Ubique ergo terrarum diei æſtivi longitudo, noctiſque hibernæ ei oppoſitæ æqualis eſt.*

2 *Admiremur itaque ter optimi maximi Dei in lucis ac tenebrarum diſpenſatione ſapientiſſimam providentiam, ut nulli ne vel in cimmeriis conſtituta tenebris, diutius ſolis fruantur luce quam alii.*

3 *Cum itaque tempore eodem in oppoſitis hemiſphæriis & nox ſit & dies, æſtas & hiems, ver & autumnus, corruere ea quæſtio videtur verène an autumno, æſtate an hieme, Deus mundum creáverit.*

VI Circuli majores utpote æquales, ſeſe mutuo bifariam interſecant.

1 *Ergo ecliptica & horizon.*

2 *Ecliptica itaq. puncto quolibet aſcendente, deſcĕdit punctum oppoſitum.*

3 *In ſphæra igitur quavis, ſigni cujuſlibet aſcenſio, oppoſiti ſigni deſcenſioni erit æqualis.*

4 *Quare & ſignorum coniunctorum aſcenſiones ac deſcenſiones, oppoſitorum ſignorum iunctorum deſcenſionibus erunt æquales.*

5 *Et in ſphæra obliqua, cuiuſlibet ſigni aſcenſio eiuſdem deſcenſioni erit inæqualis.*

VII Sphæra recta eſt, in quâ polus uterque inſiſtit & innititur horizonti.

1 *Illi ergo ſphæram rectam inhabitabunt tantum, qui Zenith ſub æquinoctiali habent.*

2 *Cum ergo qui ſub polorum habitant alterutro, iis maximè deprimatur alter, ſphæram inhabitabunt obliquam.*

3 *Eorum ergo minuenda opinio, qui quod eorum horizon angulos non faciat cum æquinoctiali obliquos, in recta degere volunt.*

VIII Latitudo ſtellæ nihil aliud eſt quam diſtantia ab ecliptica, ut declinatio ab æquatore.

1 *Stellæ ergo latitudo, circulo maximo, qui per Zodiaci polos, & ſtellæ centrum ducitur, menſuratur: prout declinatio circulo maximo polos mundi, & ſtellæ centrum incidente.*

2 *Tam ergo latitudo, quam declinatio ad ſummũ poteſt fieri 90. graduũ.*

3 *Planetæ ergo nonnunquam poſſunt declinationem, & nullam latitudinem, aut contra habere, vt etiam utramque.*

4 *Et*

4 *Et Sol æquinoctiorum tempore neutram habebit.*

5 *Stellæ, quæ ab ecliptica & æquatore deviant, latitudinem habent septentrionalem, & etiam declinationem.*

6 *Stellæ inter æquatorem & eam ecliptica mediet atem, quæ ad austrum vergit, latitudinem habebunt septentrionalem, & declinationem australem.*

7 *Et stellæ inter æquatorem & Zodiaci medietatem borealem contra.*

IX Longitudo civitatis aut loci cujuspiam, arcus est æquatoris, inter meridianum dictæ civitatis, & meridianum insularum fortunatarum, latitudo autem arcus est meridiani conclusus inter æquatorem, & parallelum præfatæ civitatis.

1 *Civitatum ergo latitudines duplices erunt, septentrionales & australes, prout ab æquatore, vel in septentrionem vel austrum recedunt.*

2 *Et sic terræ loca sub æquatore posita, nullam sortientur latitudinem.*

3 *Ut quæ sub polis directe constituta sunt, latitudinem graduum 90. sortientur.*

4 *Loca quorum vertices vel in eodem parallelo, vel in æqualibus constituti fuerint, eandem obtinebunt latitudinem.*

5 *Denique civitates sub eodem meridiani semicirculo, per insulas fortunatas transeuntes, inter polos mundi, omni carebunt longitudine.*

THESES METAPHYSICAE.

I.

SI nullæ res materiæ essent expertes, ut rudis priscorum quorundam Philosophia putavit, Physica prima esset Philosophia, Arist. 6. Metaph. Cap. 1. Text. penult.

1 *Præter disciplinas particulares, commune quoddam scientiarum omnium caput & apicem, omnibus ex æquo communia præcipientem esse necesse fuit.*

2 *Ut ne bonum Dei & mundi nexus, rerum materialium & immaterialium horizontem eorum cognitionem, quibuscum inferiori sui parte communicat edoctus, contraret quibuscum præstantiori portione convenit.*

3 *Communia hæc cum rebus materialibus, tum immaterialibus conveniant, nullam prorsus in suis terminis materiem includunt.*

4 *Quare recte substantiarum separatarum ibidem instituenda tractatio.*

5 *Ut jure meritissimo, Metaphysica prima Philosophia, reliquarum omnium scientiarum Domina, indigitetur.*

objectum adæquatum est ens,
amplectitur.

genus, quod à nobis etiam dum in mortali hac
tempore cognosci, aliquo modo intelligi non possit.

Quæ à nobis cognoscuntur, alia facilius, alia difficulter magis perci-

rum tria erunt genera, propter eminentissimam naturæ perfectionem
Deus ac intelligentiæ, ob essentiæ imperfectionem ac exilem entitatem, materia
prima & rationis relationes, & quod in sensus magis incurrant substantiæ sen-
sibiles, earumque accidentia.

4 Quemadmodum difficultas in rerum cognitione primi generis ex in-
tellectus nostri nascitur sola imperfectione, ita secundi generis ex rerum ipsa-
rum nascitur deceptione.

III Illa sola causa actu censenda, quæ tum causat dum causa-
tur effectum ἀνεσπαμένως, Arist. 5. Metaph. Cap. 2.

1 Sunt ergo causandi rationes, nihil aliud quam concursus peculiares
rerum earum quæ causæ sunt, ad sua effecta.

2 Ita ut causarum ad sua effecta concursus, nullam iis rebus, quæ sunt
causæ entitatem, sed puros quosdam modos se ad ea habendi superaddant.

3 Causalitates igitur divinæ in ipso Deo, non in creaturis inexistunt.

4 Eritque causalitas hæc nihil aliud, quam immensa & inexhausta bo-
nitas, qua tum hac ratione concurrit.

5 Quæ cum à Deo ipso essentia non differat, formaliter æterna erit, li-
cet virtute temporaria.

6 Hæc ergo assertio, Dei effecta actu in tempore causantur, nihil ei rea-
le, quod novum sit, attribuit, nisi fortè terminative & nostro intelligendi
modo, ut ratio operandi Dei temporalis non sit nisi ad opus temporaneum ter-
minetur.

7 Ex quibus liquidò constat, in Deum quod cœperit causa esse actu,
cum prius non fuisset, nullam obtigisse mutationem.

IV Philosophia sanior rerum naturalium processum in infi-
nitum tanquam hæresin semper explodebat.

1 Ut tandem ad ens unum supremum, perfectissimum, ac omnipo-
tentissimum ascendere oporteat.

2 Effectio ergo per creationem non ita est impossibilis, ut contradictio-
nem aliquam involvat.

3 Ergo talis potentia est de facto, in aliquo ente saltem primo.

4 Ex cujus vi, vel lumine naturali cognosci potuit creatio.

5 Cum

3 *Cum autem productiva aliqua potentia, ſub obiecto ſuo adæquato, ſeipſam claudere nequeat, creaturam aliquam creare poſſe impoſſibile erit.*

V Intelligentiæ ſubſtantia, cum ipſa tota forma ſit, formam non habet.

1 *Ergo ipſa tota principium erit principale propriæ ſuæ operationis.*

2 *Principium Angelicæ intellectionis intrinſecum, ipſarum videtur ſubſtantia.*

3 *Ut unaquæque intelligentia ſeipſam per ſuam ſubſtantiam, tanquam per obiectum actu intelligibile, & maximè proportionatum cognoſcat.*

4 *Ut alia extra ſe propria cognitione, perque propriam ſuam ſubſtantiam, ſed Deum ſolum per effecta, non cognoſcant.*

5 *Ergo ad res alias cognoſcendas ſpeciebus intelligibilibus cum natura ſua congenitis indigere probabile eſt, quæ, quam in hominibus, multò erunt perfectiores.*

VI Ad Dei Omnipotentiam, quamlibet ſubſtantiæ ſpeciem poſſe perfectiorem producere, ſpectare videtur.

1 *Potuit ergo* Deus *in entium intellectualium gradu, plures ſpecies eſſentialiter diverſas creare.*

2 *Ergo ad univerſi perfectionem veriſimilius longè, eiuſque decoro conſentaneum magis, plures eſſe intelligentiarum ſpecies eſſentialiter diverſas.*

3 *Ut ſingulæ ſaltem duplici conſtent genere, & duplici differentia.*

SOLI DEO GLORIA.